1529. Ex Ms. arch. Stan. Aug. Reg:

209

Epigramma Andreæ Cricii Episcopi, in Germanos, qui Turcum draconem nominantes in Austriam advenientem cum exercitu 500000. caput et potentiam ejus se contrituros jactabant intra ipsam Germaniam. qua tamen pervastata, salvus inde ad sua egressus rediit. Et notantur hoc epigrammate Almani impietatis Lutheranæ, qui cultum et imagines Divorum è templis suis ejecerunt.

Contritum Almani jactant caput esse draconis
 Illorum miserè cum populetur agros
Margaretha hoc solum potuit, quæ Georgius olim
 Et possent istud nunc quoque conterere Divi
Sed postquam explosit Sanctos Germania Divos,
 Factum est, quod salvum fert caput iste suum.